

finis nanc*q* unius, scilicet lapsi, est pr*incipit*um alterius uidelicet labentis c*o*tinuorum more. Radice ita*q* habita cum reliquo temporis, primo tac*m*en c*u* mensibus, si qui fuerint ad tabul*a* eoru*d*em mensu*r* anni c*o*muni*s*, si annus tuus currens communis fuerit, aut bisextilis si fuerit bisextus annus propositus intrabis, ac motum planet*e* tui in eius tabula eiusdem mensis inuentum, recipe radici subscribendo in locis qui debentur. Deinde cum numero dierum si qui superfluxerint ad dierum tabulam ingrediendo tui planet*e*, motu*q* iuxta scriptum extrahas p*re*scriptis subiung*e* do more solito. Haud secus cum horarum numero faciendo arbitrare, mitendo scilicet in tabul*a* horar*u*, si tempus acceptu*r* aliquet ultra dies inclus*er*it horas, & motum ibidem repertum p*re*dicitis subscribe per differentias suas. Eodem quo*q* modo cum minutis ac c*ae*teris fractionibus temporis te operari oportet per tabulam horarum & suarum fractionu*r*, si quas ultra horas proposu*i*sti, eadem nanc*q* tabula ipsi*s* horis horarum*q* minuti*s*, quarumcun*q* denominationum fuerint inseru*i*et. Si autem aliquam denominationem tui temporis uacare contigerit, eiusdem nominis tabul*a* ingredi non erit necesse. Et scias quod cum qua minutia temporis dictam tabulam intrare contigerit, semper prima eius riga post linea*n* numeri eandem in motu denominationem obtinebit. Variabilis etenim est continue linea*e* prim*a* denomination tabul*e* dict*a*, ad denominationem numeri in tabulam mittendi, ut si mittantur minuta habebit minuta, si secunda feruabit secunda, si tertia mittantur, sicut tertia ipsa adducentur &c. Intra igitur primo cum minutis & motum quem reperies, scribe sub prius extractis. Deinde cum secundis, & fac similiter &c. Hoc non ignorato quod si numerus in tabulam mittendus linea*e* numeri communis excesserit multitudinem, tunc etenim dupli*c* introitu*r* intrandum erit, scilicet primo cum 30. deinde cum toto residuo eiusdem denominationis, & motus cui*q* correspondens extrahatur, quem prioribus subscribas, nec de tali operatione cessandum est, donec omnibus fractionibus propositi temporis motus correspondentes penitus extraxeris. Quo facto omnes Numeratores cuiusc*q* denominationis simul adde, unumquod*q* ad suum genus, ut in additione fieri solet, & aggregatum ostendit motum medium quem quafieras, ad Norimbergensem meridianum ad quem has tabulas principaliter reduximus, ob celebriorem p*re*fati oppidi famam, ut usui communi reddantur accommodatores, nec alijs locis ab huius meridiano notabiliter discrepantibus, nisi reducti*e* inseruire possunt. Quod si forte loco habitationis considerationis exigente ad alium meridianum motus super coelestium corporum inuestigare proposueris, necesse est ut tempus distantiae meridianorum tu*e* considerationis locum & Norimbergam interiacens, addas tempori proposito ad quod motus inuenire desideras, si tu*e* considerationis locus fuerit occidentalior Norimberg*e*, aut subtrahas, si fuerit orientalior prout tabula huius rei gratia facta te abunde informabit, & tempus illud quod facta additione conflatur, uel post subtractionem relinquitur inseru*i*et exacte tuo proposito, ad quod si motum alicuius planet*e* uel mobi

B lis in

Habita radice
qui*s* agendum.

Declaratio tabula
dieru*r* motu*r* in ho
raru*r* fractioni

Cantela.

Reductio motu*r*
ad quenam meridiam.